AB
153860

AB
53860

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0001-6

Gnati VVLnara Pacificant Me

Vive castè nunquam Poenite
bit

Emi Halæ constat materia 5 g.
ligatura 4 g. Ao. 1624. 5. Junij
12 ℒ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0003-7

6
11
4 D.
193

# *METHODICA* TESTAMENTI ORDINANDI RATIO, PARTIM EX IVRE CIVILI CONGESTA, PARTIM DOCTORVM SENTENTIJS illuſtrata, Dialogi formam habens.

AVTHORE IOANNE SLOSCHENIO *Monaſterienſi*.




*COLONIÆ*,
Apud Ioannem Bathenium.
*Anno* 1564.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0005-8

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. BERNARDO A RAESFELT, *EPISCOPO MONA*ſterienſi, Domino ſuo Clementiſsimo Ioannes Sloſchenius Monaſterienſis S.P.D.

*



QVOTIES *recordor eius dici, Antiſtes Reuerendiſsime, quo poſt philoſophiæ ſtudium, legibus operam nauare aggreſſus iuris amplitudinem & perplexitatem conſideraui, exhorreſco repetẽs ſimul memoria, quàm parum abfuerit, quin ſpem omnem abijcerem. Cogitaui enim de contrahendis uelis, & opinatus ſum ſatius eſſe ad littus ſtatim, unde ſoluiſſem, reuerti, quàm longius in tam uaſto pelago progreſſum perpetuò cùm laboris pecuniarumq́; iactura oberrare. Recollegi ta-*

men animum in imos ferè pedes dilapſum, dum mihi meditanti occurrerunt plurimi, qui fœliciter immenſum hoc æquor confeciſſent, & in portum maturè appuliſſent. Quod & me aliquando conſecuturum ſperare cœpi, ſi methodum, cuius beneficio id ipſis obtigiſſe credebam ſequerer atq; tenerem. Propoſui itaq; mihi aliquot tractatus iuris in epitomen redigendos, ita ut nec neceſſaria & utilia omitterentur, nec breuitas obſcuritatem (quod ferè fit) comitem haberet. Harum lucubrationum mearum partem iurecõſultiſſimus D. Laurentius Siphanus & nonnulli alij, cũ fortè conſpexiſſent, probauerunt, & ad eam euulgandam me ſunt adhortati, cenſentes è re ſtudioſorum fore, ſi tractatus de Teſtamẽtis, qui longè lateq; per iuris ciuilis uolumina diffuſus eſt ac diſperſus, hoc libello breuiter comprehenſus ipſis tanquam in tabula conſpiciendus præberetur. Quorum uirorum iudicio & extimulatione permotus, haud grauatim opuſculum hoc typis calcographorum commiſi, & in publicum aſpectum produxi. Cæterùm non putaui mihi committendum, ut meorum ſtudiorũ primitiæ ſub alius nomine prodirent, quàm eius ad quem ſumma rerum patriæ meæ eſſet relata. Feci itaq;, ampliſſime Præſul, ut haſce commentationes qualeſcunq; nomini Tuæ Reuerendiſſ. Amplit. inſcriberem

ſcriberem, tum quò patria, quæ ortus mei partem iuxta diuinum Platonem ſibi uendicat, me beneficiorum non immemorem eſſe ſentiret, tum ut ſub T. R. A. patrocinio à maleuolorum hominum calumnijs & morſibus liberæ ac tutæ cõquieſcerent. Quis enim, niſi mentis impos et furijs exagitatus, uel hiſcere auderet aduerſum tãta authoritate, pietate doctrinaq; præditum, & omnibus ingenij animiq; dotibus cumulatiſsimum patronum? Quis momus non abdat ſe ſpeluncis (ut poëta loquitur) atris, perterritus tanti uiri fulgore? quem ſibi Epiſcopum datum eſſe diuinitus lætatur diœceſis Monaſterienſis ob ſedulam conſeruationem auitæ religionis, grauitatem admirabilem, prudentiam ſingularem, ſummam in componendis controuerſijs dexteritatem & (ut ſemel dicã) ob ea omnia quæ Epiſcoporum ſtatus & functio deſiderat. Peto idcirco obnixè ut hunc noſtrũ laborem. T.R.A. dedicatum, benigno animo ſuſcipias, & non munus tua celſitudine dignum mittere, ſed obſeruantiæ erga te meæ ſymbolum & quaſi pignus exhibere me uoluiſſe perſuaſum T. R. A. habeat. Tuã Reuerendiſſ. amplitud. Deus Opt. Max. diutiſſimè in pacata gubernatione ſoſpitem conſeruet. Coloniæ Agrippinæ. 13. Kal. Septemb.

# DIALOGVS IN QVO CONTINETVR SVCCINCTA AC BREVIS TESTANDI RATIO.

*IOANNE SLOSCHEnio Authore.*

INTERLOCVTORES.

**Ioannes. Kiluualdius.**

PRIVATAM vitam Philoſophus in Ethicis difficilem & moleſtã eſſe aſſerit: Difficilẽ fortaſsis ideò, quòd magnæ molis ſit & laborioſum abducere ſe ac ſeparare à conſortio eorum, quorum conſuetudine morum integritatem diſciplinarumq; abſolutam cognitionẽ ſe aſ-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0011-1

ſequi poſſe intelligat, moleſtam ve rò quòd grauiter priuatam ac ſolitariã vitam degentiũ pectora quaſi contundantur mœroreq́; conficiantur, ſi res ac diſciplinas memoria cõprehenſas, vbi lubitum eſt, cõferre denegetur. Quapropter nõ incommodum fore conſilium, iuxta Senecæ admonitionem, cum re mutare perſuaſum habeo, idq́; hac ratione, vt priuatæ vitæ in ſtudijs annos aliquot continuatæ ſedulis congerronib⁹ aſſumptis nuncium remittam. Rectà itaque eò me proripiam, vbi non infrequens iuris cãdidatorum numerus conuenire conſueuit: incidet forſan in caſſes pręda petita meos. Sed video è longinquo quendam profundiſsimi (vt elucet ex accurata meditatiõe) ingenij virum, & niſi caligine oculi mei prępediuntur, omnium mihi familiariſsimũ Kiluualdium vel alium eius formam repræſentanté mihi videre videor.

KILVVAL-

KILVVALD. Fortunet Deus rerum tuarum ſtatum, vel potiùs (arbitror enim eas optimo eſſe loco) in proſperitate conſeruet. IOAN. Fortunã vt promoueat vel tueatur tuam ſimiliter opto ſyncerißime Kilvualdie. Poſtremę tuę ſchedę ad me Argentorato tertio Nonas Maij Coloniã miſſæ incredibili gaudio me delibutum reddiderunt, ſed maiori voluptate afficior, quòd te meũ deſiderium ſoſpitem redijſſe corã perſpiciam. Dic quæſo, quo cardine res tua verſetur. KIL. Cuncta, vt nuper accepiſti, ꝓſperè ac bellè ſuccedũt, niſi quod ex itinere peiuſculè ſentio. Quorſum amabò adeò concitato greſſu tendebas? IOAN. Congerronem deſiderabã doctum, qui cum ea quæ aliquando ſtudio priuato meditatus ſum cõferrem. Talem autem cum te, in quem neſcio quo fato incidi, eſſe nouerim, cupio tecum ſi per occupationes liceat miſ-

ſcere colloquia.KIL.Ex legibus ali quid allaturus videris,quarũ ſtudiũ diu quidẽ eſt,quod incepi,ſed diſtri cto curis domeſticis,illud nõ licuit vrgere & ſtrenuè perſequi. Quo fit vt auidius iam negociorũ onere aliquantulũ leuatus,tuas meditationes expectẽ & audire ſtudeã. IO. Pro more ſcientiam tuã extenuas, quod verò te ocium adeptũ eſſe aſſeris, & ad audiendũ exhibes promptũ, volupe eſt & gratiſsimũ.Ne aũt te diu ſuſpenſum teneã,de teſtamẽtis,quorum,vt maxima eſt vtilitas,ita inui cta propemodum perplexitas, tecũ agere lubet,& vt cõmodiùs rem tãtam pertractemus, operæpreciũ fecerim⁹,ſi à definitione exordiamur, ſubiunctis diuiſionibus. KIL. Rectè facies ſi propoſiti initium hinc ſumptũ fuerit. Vera nãq; methodus diſciplinas aegrẽdi in definiendo id, de quo mouetur q̃ſtio,collocata eſt: deinde illud, poſtquã in genere ali-

quo modo deſcriptum ſit, ſi fuerit varium ac multiplex, in formas certas & præcipuas diuidendum. definitionibus enim nec non ſuccinctis perſpicuiſque rerum partitionibus ſcientiæ acquiruntur.

IOAN. Teſtamentum (Vlpiano teſte) eſt voluntatis noſtrę iuſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem fieri velit. KIL. Hæc verba ſcilicet, Iuſta Sentẽtia, caréntne aliqua emphaſi? IO. Carent 1. minimè. fateberis enim facilè cum Papin. teſtamentum nõ eſſe iure factum, vbi ſolennia iuris defuerunt. 2. KIL. Fateor. IO. Iure igitur factum iuſtũq; appellabitur per ſolennẽ 3. plenãq; morientis voluntatẽ. KIL. Vnde ſuã ſumit appellationẽ? IO. Inde nõ inconcinnè appellabitur (ſi non *tam etymologiã quã vocis alluſionem & ſimilitudinem 4. ſpectes) quod mentis ſit cõteſtatio. KIL. Sed quid

*1. Alcia. paradox. li. 4 c. 7. Bud. in annotat. ad l. 3. ff. pro ſocio.*

*2. l. j. ff. de iniuſto rupt. & irrito fa. teſt.*

*3. Alciat. in l. obuenire ff. de verbo. ſig. Bart. in l. j. ff. de teſtament.*

** quã ex Au. Gel. authori. li. 6. c. 12. Laurent. Valla. lib. 6. Elegant. cap. 37. (taxat.*

*4. Alci. de verb. ſig. li 4. Vide Theoph. in Inſtit. Græcis tit. de teſt. ord. qui aliter ſentit.*

per verba Mentis Conteſtatio acci-
pis? IO. Nihil aliud quàm quòd te-
ſtamentum ſit voluntatis mẽtis ac
animi noſtri 6. verũ teſtimonium.
KIL. Quia teſtamentorum diuiſio
nem DD. variant, dic quæſo quæ ti-
bi potiſsima videatur. IOAN. Am-
plectimur illam qua ita diſtribuun
tur, vt alia dicantur ſcriptis conci-
pi, alia ſine ſcriptis, coram teſtibus
diuulgari, quę vt eſt ſuccinctior, ita
pręſenti noſtro tractatui aptior vi-
detur. KIL. Quando in ſcriptis &
ſine ſcriptis teſtamenta fiunt, nunc
porrò vt explices aueo. IOAN. In
ſcriptis teſtamenta fiunt, quãdo te-
ſtator obſeruatis debitis ſolennitati
bus iuris, vltimam voluntatis ſuæ di
ſpoſitionem in ſcripturam prius re
digit teſtibusq́; deinde offert corro
borandam. Sine autem ſcriptis quod
& nuncupatum appellitant tunc fie
ri dicitur teſtamentũ, cùm ſine ſcri-
ptura voluntatem ſuam teſtator co
ram

6. *Conanus libro* 8. *cap.* 1. *in princip.*

ram ſeptem teſtibus declarat, ſiue illa voluntas in ſcripturam ſiue nõ redigatur. KIL. In ſcriptis ais teſtamenta commodè fieri poſſe, ſi debitæ ſolennitates inter reliqua requiſita adhibeantur, quæ verò illę ſint non ſatis perſpicio. IOAN. In ſcriptis elogium ſuæ vltimę voluntatis æditurus, ſua manu 7. vel alterius voluntatem ſuam tabulis inſigat ac imprimat. Per tabulas autem teſtamenti omnem materiæ figuram accipimus 8. vt ſiue tabulæ ſint ligneę ſiue alterius cuiuſcunque materiæ, ſiue chartę ſiue membranę, ſiue corium animalis alicuius, tabulę rectè dicuntur. Idem ſi in 9. philyra aut tilia aut in ebore teſtamentum ſcriptum ſit, dicendum eſt. Deinde cùm teſtium conditio inſpici debeat eo tempore cùm ſignarent, 10. nõ mortis tempore rectè ex Impp. Theodoſij & Valentiniani ſententia 11. conuocabit teſtator ſeptem teſtes rogatos

*7. l. hac cõſultiſſima C. de teſtamen.*

*8. Vlpia. teſte l. j. ff. de bon. poſſ. ſecundũ tabu. §. nihil intereſt. Inſtitut. de teſt. ord.*

*9. l. librorũ ff de lega. 3. quæ eſt l. 52.*

*10. l. ad teſtiũ § conditionẽ ff. qui teſt. facere poſſint.*

*11. d. l. hac cõſ*

*ſultiſſima C. de teſt.*

tos eoſque omni exceptione maiores, vt ſunt homines liberi, puberes, maſculi, &c. quibus omnibus ſcripturam ſignatam offeret, dicens, id quod profertur ſuum eſſe teſtamentum. KIL. Quàm hic vocas ſcripturam ſignatam? IO. Vlpianus 1. ſignatam ſcripturam vel tabulas intelligit, ſi linteo, quo tabulæ inuolutæ ſint, ſigna impreſſa fuerint. KIL. Pluráne ad teſtamentum in ſcriptis exhibendum requiruntur? IOA. Omnino, nam ſi ſeptem teſtes omnes ſimul nec 2. diuerſis temporibus, ſed vnico contextu (niſi modicum interuallũ ex naturæ neceſſitate interuenerit 3. teſtatori & teſtibus. Neceſsitatis enim cauſa Iuris diſpoſitio interdum ſuſpenditur, 4. non autem in totum tollitur) ſuo annulo

*1. d. l. ad teſtium §. finali ff. qui teſt. fac poſſ. & d. l. hac cõſult. in princip.*

*2 l. hæredes palã §. vno cõtextu, ff. qui teſt. fac. poſſint, quæ eſt l. 21. Auth. hoc ius porrectũ in prin. C. de S. S. Eccleſ. § ſed cũ paulatim Inſtit. de teſt. ordinandis, d. l. hac cõ ſultiſſim. C. de teſt. § in omnibus. l. cùm antiquitas in princ. C. eodem quæ eſt l. 28.*

3. *d. L. cum antiquitas. §. j. C. de teſtamen.*

4. *L. caſus C. eodẽ vbi pulchrè Salic. & Alexã.*

annulo vel alieno, dummodo χαρακτῆρα habeat 1. ſubſignare debent, quod quia teſtamentorum ſolennitatẽ reſpicere videtur, nos ex Bartoli 2. & Fabri ſententia dicimus, quolibet ſigillo hodie teſtamenta obſignari poſſe. KIL. Nónne alienis vtens inſignibus in falſum incidit? IOA. Prorſus ſi Modeſtino 3. credimus. Qui enim ſe pro milite geſsit, vel illicitis inſignibus vſus eſt, vel falſo deplomate vias commeauit, pro admiſsi qualitate grauiſsimè puniendus eſt. KIL. Hinc cõſequens eſt, alienis inſignibus neminẽ rectè vti poſſe. IOAN. Apparet hic nodus difficilis, qui tamen ſolutu facilis eſt. Nam eatenus alieno annulo ſignare licet, quatenus is, qui alieno ſigillo vtitur, ſe alieno ſignare in ſua ſubſcriptione declarat, vt eſt Durandi ſententia, quã reliqui DD. approbant 4. Faber tamen putat teſtamentũ non viciari ſi hoc in ſub-

*1. d. l. ad teſtium §. ſignũ ff. qui teſt. facere poßint & §. poſſunt Inſtit. de teſt. ordinan.*

*2. in d. §. ſignum Bart. & Faber.*

*3. In l. eos §. finali ff. ad l. Cornel. de fal.*

*4. Teſt. Speculator. tit. de Probat. §. Videndum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0019-9

*tit. de probat. §. videndum.*

ſcriptione omiſſum ſit, cum id proculdubio leges non ſubticuiſſent, ſi ex eo teſtamẽtum ſuberti voluiſſent. KIL. Qui teſtamentum ſignârunt & non ſubſcripſerunt teſtiúmne in numero habebuntur? IOAN. Minimè, ſi quis enim ex teſtibus nomen ſuum aſſcripſerit, veruntamen non ſignauerit: pro eo eſt atque ſi adhibitus non eſſet, ſed etſi (vt multi faciunt) aſſcripſerit ſe, non tamen ſignauerit: adhuc idẽ dicendum erit ex Vlpiani 1. ſententia. KIL. Video vtrunque requiri tã ſubſignationem quàm ſubſcriptionem 2. & alterũ ſine altero nullius eſſe momenti. Nunc porrò an teſtator ſua manu ſubſcribere teneatur explana. IOAN. Vt teneatur iuris ęquitas poſtulat 3. dummodo literas norit, quarum ſi ignarus fuerit octauum adhibeat, qui vices eius in ſubſcribendo ſuppleat. Si quis tamẽ ſua manu totum teſtamentum conſcripſerit,

*1. l. ad teſtiũ §. Si quis ff. qui teſtam. facere poßint. 2. Bart. in d. § ſi quis.*

*3. d. l. hac conſultiß. §. quod ſi literas, d. l. cũ antiquitas §. cum autem*

pſerit, & hoc ſpecialiter in ſua ſcriptura repoſuerit, quod hæc ſua manu cõfecit, 1. ſufficiet ei totius teſtamenti ſcriptura, & non alia ſubſcriptio requiretur, neque ab eo, neque pro eo ab alio. Ex his nunc omnibus liquet & perſpicuũ eſt ſignacula & ſubſcriptiones teſtium 2. finẽ eſſe teſtamentorum. KIL. Satis iam prolatum de teſtamento in ſcriptis exhibendo. De teſtamento ſine ſcriptis vel nuncupato quid habes dicere?

*cõſtitut. C. de teſtament.*

*1. d. l. cum antiquitas. §. Cũ autem verſic. Sancimus.*

*d l. Cum antiquitas. §. fin.*

*2. d. l. hac cõſultiß. §. fin.*

IOAN. Teſtamentum in ſcriptis factum à tripartito Iure (vt ex iam dictis liquet) ſubſtantiam 3. ſumit ſcilicet Ciuili, Conſtitutionibus & Prætorio, hoc verò de quo nũc verba facienda ſunt, nihil de iure prætorio participat, (vnde 4. ex eo teſtamento non datur directa bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas, ſed vtilis tantum ac ſecundum nuncupationem) verum ex ſolo iure Ciuili

*3. §. ſed cũ paulatim Inſt. de teſt. ord. L. ex imperfect.*

*4. l. 2. C. de bonor. poſſeßio. ſec. tab.*

dependet. Nam per nuncupationē, id eſt, ſine ſcriptis teſtaturus, non legitimè teſtari videbitur, niſi ſeptē teſtes maſculos, liberos 1. atque puberes rogatos, vno eodēq; tempore cōuocet, deinde coram eis voluntatem ſuam nuncupet ac manifeſtet, ad quos ſua bona ꝑtinere velit, vel quibus legata dari, vel fidei comiſſa, vel libertates. Si itaque prędicto modo teſtatus fuerit, voluntatemq́; ſuam ſine ſcriptura coram teſtibus explicuerit, perfectum Iure Ciuili firmiſsimumq́; appellabitur. KIL. Dilucidè ſatis quid velis video, ſed quomodo Nuncupandi verbum in præſens accipias, non ſatis aſſequor. IOAN. Alciatus 2. vir apprimè doctus putat nuncupatum teſtamentum inde dici, quod Nuncupare ſit nomina capere, vnde quia (inquit) nominibus teſtes accipiebantur, videtur dictum id teſtamentum, non enim alia ſolennitate

*1. l. hæredi palā §. j. hoc tit. d. l. hac conſultiſsima in pr.*

*2. lib. Parerg. 2. c. 32.*

nitate opus erat. Cui ſententiæ Conanus rotundiſsimis rationibus 1. refragatur. Nam vt proprijs nominibus teſtes appellentur non eſt neceſſarium, cum non propterea non iure dicebatur factum teſtamentum, ſi teſtatori teſtium nomina incognita fuerunt, quod ex Curtio 2. perſpicuè ſatis apparet, qni ſcripſit morientem Alexandrum tradidiſſe Perdici annulum ſuum. Ideoque & ſi non voce (inquit) nuncupatus hæres, iudicio tamen electus videbatur. Iulianus 3. quoq; hanc ſententiam conſtabilire videtur, quando ſcriptum hæredem à nuncupato eleganter diſtinguit. Quare dicendum erit ex Iuſtiniani Imperatoris ſententia, 4. teſtamentum nuncupatum hinc ſuam ſumpſiſſe appellationem, quod voce & verbis coram teſtibus, non literis ac ſcripto fiat. Quid enim aliud per illa verba ſcilicet

*1. lib. 9. cap. 1. numero 4.*

*2. Quem prædicto loco Conanus citat.*

*3. in l. Si ita ſcriptum ff. de bonor. poſſ. ſecundum tab.*

*4. §. fin. Inſt. de teſt. ord.*

Voluntate coram ijs nuncupata Imperator indicare voluit, quàm voluntatem coram teſtibus explicari debere, non nomina teſtium nuncupanda eſſe. KIL. Poſteriorem hanc ſententiam obuijs ( quod aiunt) vlnis amplexor. Cæterùm nónne minor interdum teſtium numerus ſufficit in teſtamentis? I O. Sufficit. Nā ſi quis liberos ſuos naturales & legitimos 1. inſtituerit, hoc caſu ſine prędictis ſolennitatibus teſtamentum factum valet, ſi modo duo teſtes adhibeantur, ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint. Quod & in teſtamentis ad pias cauſas de Iure Canonum obſeruatur 2. in quibus duo teſtes ſufficiunt. Item in illis quoque locis vbi rarò homines literati inueniuntur, colonis & agricolis Imperator 3. antiquam eorum conſuetudinem, legis vicem obtinere concedit, ita tamē, vt ſi ſeptem teſtes literati eo loci habeantur, omnes adhibeantur,

*1. l. hac conſultiß. §. ex imperfecto, cum Authen. ſeq. C. de Teſta. l. fin. C. famil. herciſcundæ.*

*2. c. Relatum ext. de Teſta. Vide pulch. c. Quum eſſes ext. de Teſt.*

*3. l. fina. in medio C. de Teſt.*

atq; vnuſquiſq; pro ſe ſubſcribat, ſi verò nõ inueniantur ſeptẽ literati, ſine ſcriptura teſtimonium 1. perhibeant. Sed ſi ſeptem non ſint, quinq; ſaltem adhibebuntur, nec minor numerus admittitur. Si verò vnus aut duo vel plures periti fuerint, conceditur his vice ignorantiũ eorumq́; pręſentiũ, ſubſcriptionẽ ſuam interponere, ita tamẽ vt oẽs teſtatoris voluntatẽ capiant & aſſequãtur. Quapropter teſtamentum 2. colonorũ, ſi prædicto modo inſtitutum ſit, omnino firmum validiſsimumq́ue permanebit. Nec mirum cum in plurimis legum ſubtilitatibus ſtricta Iuris obſeruatio eis remiſſa ſit. Et quomodo fieri poteſt, cum teſtamenti factio ſub certa legum definitione introducta ſit, vt hi qui diſciplinas ne à limine quidem ſalutarint, in teſtamentis ſuis tantam legum obſeruent & imitentur 3. ſubtilitatem. Prætereà ſuperat teſta-

*1. d. l. finali §. ſin autem C. de Teſtam.*

*2. l. & ab antiquis in fine C. de Teſta.*

*3. d. l. & ab antiq. paulò poſt princ.*

mentorum ſolennitatem, ſi Impp. Theodoſio & Honorio 1. credimus, quod per ſupplicationem inter nobiles egregiaſque perſonas principi intimatum eſt: ſicuti enim teſtamentum firmum & ratum habetur, quod actis cuiuſcunque iudicis, aut municipum, aut auribus priuatorum publicatur: ita etiam de eo non ambigendum, quod medio & præſente principe, & omni iure, quod in eius ſcrinijs repoſitum eſt, teſte cõſicitur. Nec propterea 2. infirmabitur, ſi principis reſcripta nihil de eadem voluntate reſponderint. Is enim voluntates hominũ audire appetit, nõ præcipere, ne per reſcriptum commutationem teſtamenti vetare videatur. Idem dicendum erit in conſuetudine ſciente principe introducta, quæ etiam minorẽ teſtium numerũ recipit. 3. KIL. Video numerum teſtium ex varijs

*1. in l. Omniũ §. j. C. de teſt.*

*2. d. l. Omniũ §. Nec ſane.*

*3. l. Si nõ ſpeciali C. d. tit. vbi Barto. & DD. Videdus Bart. fuſius, In l. cunctos pop. C. de Summa Trinitate & Fide Catholica.*

causis

cauſis coarctari, vel cauſa legitimorum, & 1. naturalium liberorum, vel ſublimitatis & excellentiæ ergò, 2. vel 3. ruſticitatis, vel conſuetudinis ſciente 4. principe 5. introductæ. Nunc porrò audire geſtio, an militibus in expeditione degentibus teſtium numerus remittatur.

IOAN. Breuiter ſcies militibus circa vltimam voluntatẽ non ſolum teſtium numerum, ſed alias etiã multas 6. ſolennitates remitti. Qui enim agunt in expeditione quomodo volunt, dũ tamen de eorum volun-

*1. d. l. final. C. fam. herciſcundæ.*

*2. d. l. omnium. C. de Teſtamen.*

*3. d. l. finali in medio, C. eodem.*

*4. Secus ſi ignorante vt eſt in l. fin. §. ſancimus ſub finem, C. de Teſt. ord. & arg. l. quid ergo. ff. de his qui not. infamia.*

*5. d. l. Si non ſpeciali C. de Teſt. vbi Bart.*

*6. De quibus ſolennitatibus videndæ ſunt ſubſequentes leges. l. Centurio ff. de vulgari & pupil. ſubſtit. l. Iure militari ff. de Teſt. l. idẽq; ff. de Militari Teſt. l. Qui Iure. l. Milites codicil. §. Miles in ſupremis. ff. de Milit. Teſt. l. in fraudem. §. j. & l. Miles ita hæredem. ff. d. tit. l. Quærebatur in princ. l. Ex Militari in princ. ff. d. tit. l. Certi iuris. C. de Teſt. Militari. l. Idem eſt. §. j. ff. de Teſt. d. l. Miles ita §. Mulier. l. Milites etiam. ff. de militari Teſtamen.*

tate 1. conſtet, teſtari poſſunt 2. Nam licet eis voluntatem ſuam in vagina aut clypeo literis cruore ſuo rubentibus, aut in puluere deſcribere gladio ſub id tempus, quo in prẹlio vitẹ ſortem derelinqunt. Si verò in caſtris citra tamen neceſsitatem hoſtilẽ degant, non valebit eorum teſtamentum niſi duo teſtes 3. rogati adhibeantur. KIL. Rationem ſi integrum eſt adferas, quare tãta priuilegia Imperatores Militibus donarint.

IO. Cauſam quidem talem Iuſtinianus 4. cũ Impe. 5. Antonino adferre videtur quod ob ni-

*1. l. Lucius ff. de Militari Teſt. l. Licet in fine. C. de pactis. §. plane. Inſt. de Milit. Teſt.*

*2. l. Milites C. de Milit. Teſt. Facit huc l. eius Mil. in fine. l. pri. in princip. & l. Miles ff de Teſt. milit. l. Licet. C. de pactis.*

*3. Ita procedere d. l. Lucius Za. docet conſilio 6. num. 22. Vide DD. & gl. in l. Diuus. ff. de Teſtam. Milit. & d. l. Miles. Impera. in Inſtitut. §. ſed hactenus de Teſt. Militari.*

*4. In princip. Inſt. tit. de Militari Teſtam.*

*5. in l. Quanquam ff. de Teſta. Militari.*

nimiam ipſorum imperitiam conſtitutionibus principalibus obſeruatio in ordinandis teſtamentis eis remiſſa ſit. Potiùs enim arma, & militarem diſciplinam, quàm 1. leges ſcire tenentur, quod de cauſa finali huius priuilegij, minimè erit intelligendum. Eſſet enim alias hinc cõſequẽs, quod miles Iuriſperitus hoc militari beneficio vti non poſſet. Itaque alia cauſa eaque finali opus erit quam Decius 2. pulchè recenſet, quod ſcilicet ob Publicam vtilitatem, cuius gratia morti ſe exponunt, illud tributum ſit militibus. Imperator 3. tamen, idem, alijs verbis innuere videtur, quando inquit, Cum in expeditionibus occupati ſunt. KIL. Quia teſtamenta ex hæredis inſtitutione 4. vim accipiunt: ideò veluti caput atque fundamentum ea intelligitur totius teſtamẽti, & rectè feceris, ſi & de illa breuiter diſſerueris. IOAN. Obſequor tuæ

*1. l. fin. C. de iure deliberãdi. l. Mil. C. Locati conducti.*

*Auth. Quib. modis naturales eff. legit. §. ſi quis. col. 6.*

*2. In l. Quanquã C. de Militari Teſt.*

*3. in Inſtit. de Mil. Teſt. §. j. l. Ne quidam. C. dicto tit.*

*4. l. j. in prin. ff. de hæredi. inſtit. §. Ante hæred. Inſtit. de lega. l. quod per manus & l. ſi palã. ff. de Iure Codicil.*

voluntati. Cum duo ſint tantum genera hominum (omnes autem homines, aut liberi ſunt 1. aut ſerui) nõ minus ſeruos quàm liberos hæredes inſtitui poſſe Caius 2. Iureconſultus pulchrè docuit, quod nõ modò de ſeruis proprijs teſtatorum, ſed & de alienis, dum tamen horũ domini hæredes ipſi inſtitui poſſint, intelligendum eſt. Teſtamenti enim factio cum ſeruis, 3. ex perſona dominorũ introducta eſt. KIL. Vero igitur conſentaneum Imperatoris dictum 4. intelligo, ſcilicet Inſtituere licere tã liberos homines quàm ſeruos, tam proprios quàm alienos, & vnum 5. hominem & plures quot quiſque velit. IOA. Hæc vera ſunt, modò vltima voluntas non vagetur ſub incerta 6. dinumeratione. Quapropter ſi plures inſtituantur hæredes, partium diſtributio neceſſaria erit, ſi teſtator eos ex æquis partibus hæredes eſſe nolit.

*1. Inſtit. de Iure perſ. in prĩ.*

*2. lib. 17 ad Edict. prouin.*

*3. d. l. Non minus, quæ eſt l. 31 ff. de hære. inſtit.*

*4. Inſtitut. de hæred. inſtit. in princ.*

*5. Inſt. de hæredi. inſtit. §. & vnum.*

*6. Inſti. de legat. §. incertis l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. l. ſi quis ſeruũ. §. ſi inter duos. ff. de leg. 2. l. in tẽpus quæ eſt lex 62. §. 1. ff. de hæred. inſtit.*

nolit. 1. Nam certi iuris eſt 2. partibus non diſtributis, ex æquis portionibus eos ad hæreditatem vocari. KIL. Video equidem quæ perſonæ inſtitui poſsint, & quomodo diuiſio hæreditatis fieri debeat. Nunc deinceps de hæredum inſtitutione, quemadmodum ea fieri poſsit ſit in teſtamentis, declara.

IO. Hæredes purè 3. & ſub conditione inſtitui poſſunt ex certo tēpore, aut ad certum tempus non item. Nam ſi dies vel tempus adijciatur, pro ſuperuacaneo habebitur, & perinde erit, ac ſi purè hæres eſſet inſtitutus, & hoc eſt quod Papinianus alibi 4. dicit: Hæreditas ex die vel ad diem non rectè datur, ſed vicio temporis ſublato manet inſtitutio. In tempus tamen capiendæ hæreditatis, hæredem inſtitui poſſe rectè Modeſtinus 5. beneuolentiæ eſſe dixit, veluti: Lucius Titius cum capere potuerit hæres eſto. KIL.

Va-

*1. Inſt. de hæ. inſti. §. ſi plures. & elegās textus. in l. Quotiens. §. ſi duo. & §. hæredes. ff. de hæred. Inſt. l. Si alterius. ff. de hær. inſtit.*

*2. d. l. Quoties §. hæredes. & l. Legata, quæ eſt lex 19. §. fin. ff. de lega. & fid. j. l. Si q̄ ſepar. §. Quoties. ff. de appel. & relat.*

*3. Inſtit. de hæred. inſt. §. hæredes & purè*

*4. in l. Hæreditas, quæ eſt lex 34 ff. de hær. inſtit.*

*5. in l. In tēp⁹. quæ eſt 62. ff. de hær. inſtit.*

Valétne talis inſtitutio: Si filius meus me viuo morietur, tunc nepos ex eo poſt mortem meam natus hæres eſto? IOAN. Nequaquam. Nam licet hic duo gradus hæredum ſint, neuter tamen ad hæreditatem admittitur. 1. KIL. Sed ſi quis ſub tali conditione hæredem inſtituat: Titius ex parte dimidia hæres eſto, idem Titius ex altera parte dimidia ſi nauis ex Aſia venerit, hæres eſto. IOAN. Cum hæres ex pura inſtitutione inſtitutus adierit, 2. licet conditio alterius inſtitutionis pendeat, ex aſſe fit hæres, etiam conditione deficiente: cum nihil proſit ei conditio. Fruſtra enim expectatur 3. cõditio, cuius nihil operatur euentus. KIL. Quid ſi talis fiat inſtitutio: Inſtituo hæredem eum, quem Meuius voluerit, aut ſi Meuius voluerit, ánne bona erit? IOAN. Non 4. Nam nemo Meuio confidens ita teſtari 5. poteſt: eueniret enim vt caperetur deci-

1. *l. cũ in teſta. ff. de hære. inſtit. l. Gallus in pr. ff. de lib. & poſthu.*

2. *l. Si quis ſcripſerit, quæ eſt lex 33. ff. de hære. inſt.*

3. *Bart. in d. l. Si quis. ff. eod.*

4. *l. captatoriæ, quæ eſt lex 64. ff. de legat. j.*

5. *l. illa inſt. ff de hær. inſtit.*

deciperetur que teſtator, ſi Meuius nullum declararet. Præterea teſtamenti factio à mera Iuris gratia introducta eſt. Quod autem gratia conceſſum eſt, idque contra Iuris rationem, nõ eſt producendum ad conſequentiam. Nam ſatis conſtanter veteres 1. decreuerunt, teſtamentorum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno dependere arbitrio. KIL. Sed ineſtne huic inſtitutioni quædam captio, quando ſic ſcribo: Qua ex parte Titius hæredẽ me inſtituit, ex ea parte Meuius hæres eſto. IO. Non, cum in præteritum 2. non in futurum inſtitutio collata ſit: Nam Captatorias inſtitutiones 3. non eas ſenatus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocarunt, veluti ſi ſic ſcribam: Quanta ex parte 4. me à Titio hæredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte Sempronius mihi hæres eſto. Sed quorum conditio confertur

*1. d. l. illa inſt. & l. Si quis. quæ eſt 67. ff. d. tit.*

*2. l. Illæ aũt ff d. tit.*

*3. l. Captatorias. ff. d. tit.*

*4. l. Clemẽs §. Si ita ff. d. tit. Quare autem hæc inſtit. nõ dicatur Captatoria, docet*

tur ad ſecretum alienæ voluntatis, 1. veluti ſi ſic ſcripſero: Titius ſi Meuium tabulis teſtamenti ſui hæredem à ſe ſcriptum oſtenderit probaueritque, hæres eſto. KIL. Quid ſi ſic ſcribam: Sempronium hæredem inſtituo, ſi cœlum digito tetigerit, ſi angelos apprehenderit, ſi mare ebiberit, ánne his conditionibus quæ fieri nequeant, viciabitur inſtitutio? IOAN. Non viciatur cũ conditiones hæ pro non ſcriptis habeantur, 2. & vt melius me intelligas, impoſsibilem cõditionem eam propriè voco, quæ natura impediente, ad effectum perduci nequit, verum quia id poſſe dicimur quod de Iure 3. & honeſtè expedire quimus, quod verò legibus honeſtiſq; moribus aduerſatur, nec facere nos poſſe 4. credendum eſt, idcirco latiore ſignificatione etiam impoſsibilis conditio dicitur 5. licet euenire poſsit, cui ius, honeſtas, boniq; mo-

*Anton. Aug. l.4.emẽ.c.15.*

*1.d.l. Ille autẽ §.fin.ff.de hæred.inſtit.*

*2.§.Impoßib. Inſti.de hære. inſtit. & l. vnica §.fina.C. de his quæ pœnæ nomine in Teſta. relinq. Vide. Bald. in d.l. vnica.*

*3. l. Nepos Proculo ff. de ver.ſig. Text. in can. Aliud 11.q.j. Text. etiã in can. Nõ faciat 22.q.2.*

*4.l. Conditiones quæ eſt l. 14. ff. de Condict.inſt. l.cõditiõ. quæ eſt l.9.ff.d. tit.*

*5.l. Facta, quæ eſt l. 63. §. Si ſub cõditio ff.*

res aduerſantur, veluti ſi patrem ab hoſtibus nõ redemeris, ſi Sẽproniũ non occideris, ſi parentibus alimenta non præſtiteris. Harum cõditionum impoſsibilium vtramq; in vltima voluntate pro non ſcripta haberi nõ 1. ineptè dicemus, licet aliud in filiofamilias patrię poteſtati ſubiecto, cõſtitutũ ſit. 2. KIL. Sed ſubit animum meum grauis quædã dubitatio, quî ſcilicet fieri poſsit vt in vltimarũ voluntatum elogijs impoſsibilis cõditio pro non ſcripta habeatur, in contractibus nõ ſolùm ſtipulationes, verum etiam cęteri contractus, emptiones, locationes, impoſsibili cõditione interpoſita ęquè nullius 3. momenti ſint. IO. Voluntas eorum omnium qui contrahunt in contractibus ſpectanda eſt, quibus imputari debet (Papi. 4. teſte) quod clarius ac euidentius cũ potiſsimũ in eorũ poteſtate eſſet legẽ nõ dixerunt. In huiuſmodi enim talis eorũ cogita-

*ad S.C.Trebe. & d. l. cõditi.*

*1. d. §. Impoſs. & §. fin. Inſt. de legatis.*

*2. l. Filius ff. de cond. inſti.*

*3. l. Non ſolũ ff. de actionib. & oblig. d. §. Impoßibilis.*

*4. l. Veteri. placet, quæ eſt l. 39. ff. de pact.*

cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment, appoſita ea cõditione, quam ſciant impoſsibilem.1. In vltimis autem voluntatibus, plenius mens teſtantium interpretanda eſt,2.idq́ue propter publicum commodum ac vtilitatem, cui expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere.3. Quare ſi teſtator impoſsibilem cõditionem adiecerit, erit perinde ac ſi purè diſpoſuiſſet.4. KIL. Scrupũ exemptum ſentio, & quia impoſsibilis conditio nõ officit vltimę voluntati, an error officiat, audire deſidero. IO. Si in nomine vt Gordianus Imperator inquit,5. vel prænomine, vel cognomine teſtator errauerit, nec tamen de quo ſenſerit, incertum ſit, error 6.huiuſmodi nihil officit veritati: verum ſi in corpore erra-

*1. in d. l. Nõ ſolũ, zaſius in l. certi conditio §. Quoniã num. 14. ff. Si cert. peta.*

*2. l. in Teſta. ff. de reg. Iuris c. cum dilectio de Donat.*

*3. l. Negare ff Quẽad. teſta. aperiantur.*

*4. d. §. impoß. & l. j. ff. de cõdit. inſtit.*

*5. in l. Si in nomine C. de teſta. & huc facit §. Siquidẽ inſtit. de leg. l. Si Fortidianum fundum §. error, C. de legatis l. in venditionibus, verſic. nihil enim ff. de contrahenda emptione, l. idem Pomponius ſcribit, vel ſi frumẽtum §. penult. & vlt. ff. de rei vendicat.*

*6. Nota idem ad res legatas produci poſſe. l. 4. in princ. ff. de l. j. & d. l. Si Fortidianum.*

uerit teſtatur & volens inſtituere Sempronium filium ſuum inſtituerit nepotem Titium, huiuſcemodi error 1. vitiat inſtitutionẽ, ita vt neque iſte Titius nepos 2. qui ſcriptus eſt, hæres eſſe poſsit, cum voluntate deficiatur, neque Sempronius filius cum ſcriptus non ſit. KILVV. Αἰτιολογίαμ huius quare error nominis non vitiet hæredis inſtitutionẽ talẽ exiſtimo, quod nomina hominum ipſorũ deſignandorum gratia tantũ inuenta ſunt, & ad ſubſtantiam & eſſe nihil faciunt: quare mutari nomina, & homines alio quolibet modo deſignari poſſunt, nec quicquam intereſt quibus nominibus ſingulos 3. agnoſcamus. Sed quia inter 4. cætera quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale ius eſt, de liberis hęredibus inſtituẽdis vel exhæredandis: nũc porrò an inſtitui & exhæredari debeant, planum velim facias. IO. Qui filium

*1. Idẽ obtinet in Empti. & Vſucapione vt colligi poteſt ex l. in Venditionib. ver. Si igitur ego, ff. de cõtrab. emptio. & ex l. pro emptore §. Cũ Stichũ ff. pro emptore.*

*2. l. Quotiens ff. de hæred. inſtit.*

*3. l. ad recognoſcen. C. de ing. & manu. § ſi quis in nomine Inſt. de legat. l. patronus §. Sempr. ff. de lig. 3. quæ eſt. l. 35.*

*4. l. Inter cætera ff. de lib. & poſth.*

in poteſtate habet, curare debet 1. vt eum hæredem inſtituat, vel exhæredẽ 2. Iure nominatim faciat, alioqui ſi ſilentio eum præterierit, 3. inutiliter teſtabitur, adeò quidem vt ſi viuo patre filius mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poſsit, niſi tamẽ filius proprio conſenſu à patre præteritus ſit, & hoc eſt quod Papinianus 4. voluit his verbis dicere: Quod ſi bonis ſe paternis abſtinuit: licet ſubtilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. KIL. Quia paulò ante de exhæredatione, quę nominatim fit, verba feciſti, dic quæſo quomodo quis nominatim exhæredetur? IO. Nominatim quis ita exhæredatur. Titius filius 5. meus exhæres eſto. ſiue ita: Filius meus exhæres eſto, non adiecto proprio 6. nomine, ſcilicet ſi teſtator aliũ filium non habeat. Cum conuitio tamen vel in-

digna-

*1. Inſt. de exher. libero. in pr. & in l. fil. fam ff. de lib. & poſtb.*

*2. l. Poſtb. in pr. ff. de iniuſt. rup. & ir. fa. teſt. l. Titi⁹ ff. de li. et poſth. hær. inſtit.*

*3. l. Si fil. ff. de libe. & poſth. inſtit.*

*4. l. Fil. præt.*

*5. Quod ſi. ff. de iniuſt. rup. & irrit. f. teſtam.*

*5. l. j. ff. de lib. & poſth. l. 2. C. d. tit. l. 2. & 3. ff. de liberis & poſthu.*

*6. Idem in §. Nomin. Inſt. de exhær. lib.*

dignatione teſtator ſic exhæredare poteſt: Non nominandus, vel non filius meus, latro, gladiator, & rectè exhæredatum eſſe filium, licet ex adulterio natum dixerit, Vlpianus teſtatur. 1. KIL. Quia exhæredatio ſubſiſtere nequit, quin eius legitimę cauſæ ſint, quas vt nũc leui brachio percurras, ordo & tempus poſtulat. IO. Cauſas quare pater filios exhæredare poſsit, latiſsimè Imperator docet: 2. Nos eas breuius & euidentius adferemus. Hæ itaque iuſtæ cauſæ exhæredationis ſunt: Si quis parentibus ſuis violentas 3. manus intulerit, aut atrocem iniuriam aut contumeliam ingeſſerit, aut de criminibus publicis eos accuſauerit, quę contra principem aut rempublicam non ſunt admiſſa. Si cum maleficis vt maleficus conuerſetur, vel vitæ parentum aut veneficio, aut alio maleficio inſidiatus ſit. Si nouercæ aut concubinæ patris ſe im-

*1. in l. 3. ff. de lib. & poſth.*

*2. c. in Nouel. conſt. 115.*

*3. d. Auth. vt cum de appel. cognoſ. §. ali. verſic. Si quis parent. col. 8.*

miſcuerit. Si calumniatus fuerit cō tra parentes, qui ex huiuſmodi delatione grauia ſuſtinuerint diſpen-
8. dia. Si parentem carceri incluſum, precibus ab eo petitus filius in fidē ſuam recipere noluerit, aut pro perſona próue ære alieno fideiubere in quantum idoneus eſſe comprobatur. Hoc verò quod de fideiuſsione dictum eſt, ad liberos maſculos & ſolos quidem pertinebit. Si filius
9. conuincatur, quòd parentem ſuum teſtamentum facere prohibuerit, ſi poſtea teſtamentum facere potuerit, licet ipſi ea de cauſa filium exhæredem facere. KIL. Nouem nunc cauſas ob quas liberi exhæredari poſsint, articulis meis ſupputaui: verum an plures habeantur audire cupio. IO. Sine me paululum linguam laſſam reficere, an neſcis verum illud 1. Catulli? Dulce viatori
*Catul. Eleg. 3.* laſſo in ſudore leuamen. Inſtitutum igitur nunc proſequi pergam.

Si

Si præter 1. voluntatem parentis cũ 10.
Arenarijs, Mimis aut Venatoribus
conuerſetur, & in ea profeſsione
permaneat, niſi fortè & parens e-
iuſdem profeſsionis fuerit. 2. Si cui 11.
filię neptíue ſuæ maritum dare, &
ſecundum vires patrimonij ſui pro
ea dotẽ conſtituere volenti, illa nõ
conſenſerit, ſed turpem vitam dele
gerit: Sed ſi filia legitimata ætatem
habeat, & parens differat eam ma-
rito copulare, & ex hoc contingat,
vt in corpus fortè ſuum peccet, aut
ſine conſenſu parentis marito, libe
ro tamen, ſe coniungat, hoc ad in-
gratitudinem filiæ non eſt referen-
dum, quandoquidem non ſua, ſed
parentis culpa hoc dignoſcitur ad-
miſiſſe delicti. Si quis fuerit 3. fu- 12.
rioſus, & filius miniſterium, & cõ-
uenientem curam ac ſolicitudinem
non exhibuerit, ſi autem huiuſmo-
di furoris morbo liberatus fuerit,
licet ei filium, qui curam eius non

*1. §. Si præter volunt. Aut. vt cum de appellat. cog.*

*2. l. Si duo C. de hæreticis l. Doloſus, ff. de dolo. l. In Arenam C. de inofficio. Teſt.*

*3. §. Si quis d. Auth. gloſ. in c. inter dilectos, in verbo Acceſſorium, extra de Fide inſtrument.*

 geſsit,

geſsit,in teſtamento ingratum, ſi velit ſcribere,& alium extraneum qui obſequium & diligentiam in furore ei exhibuit, hæredem inſti-

13.

*1. §. Si vnum de prædict. d. Auth.*

tuere 1. Si parentem in captiuitate detineri euenerit,& filius ad redem ptionem eius non properauerit, ſi captiuitatis calamitatem poſsit effugere, in eius poteſtate eſt, vtrum hanc ingratitudinẽ in ſuo deſcribe re teſtamento velit:Si 2. parẽs cum

14.

*2. §. Si quis de præd. Auth. vt cum de ap. cog.*

ipſe ὀρθόδοξος ſit, ſentiat filiũ hæreticũ eſſe,& is in ſua infidelitate per ſeueret,datur parenti licẽtia,vt hac maximè de cauſa ingratum eum & exhęredẽ in ſuo teſtamento deſcri-

*3. §. Siue igit. d. Auth.*

bat.Siue 3. igitur oẽs memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex ijs

*4. l. Omnim. quæ eſt.30. C. de inoffi.teſt. Emẽdatꝗ d. l. l.Lib. C.d.tit. l.Si poß. C. de probat.*

parentes in ſuo deſcripſerint teſtamento,&ſcripti hæredes veras 4.eſ ſe mõſtrauerint, teſtamentum firmitatem ſuam obtinebit. KIL.Quatuordecim has cauſas relatas, parentibus aduerſum liberos compete-

petere, nequaquam per tranſennam conſpicor. Sed nónne viciſſim liberi parentes exhæredare ex certis cauſis poſſunt? IOAN. 1.
Poſſunt 1. equidem, Nam ſi parentes liberos ſuos ad interitum vitæ tradiderint, citra cauſam tamen, quæ ad maieſtatem pertinere cognoſcatur. *1. Per Auth. vt cũ de appellationibus §. Iuſtũ. col.8.*
2. Si parens vt maleficus vel alio modo inſidiatus fuerit vitæ filij.
3. Si nurui ſuæ aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit.
4. Si prohibuit filio teſtamentum condere in Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi peculio.
5. Si præterea inſidiatus fuerit vitæ vxoris & ſic matris filij, vel mater vitæ mariti, ſiue alio modo.
6. Si pater filium in furore conſtitutum curare & nutrire neglexerit.
7. Si filium captiuum redimere recuſauerit.
8. Si filius 6. orthodoxæ fidei amator & cultor fuerit, pater autem hæreſin amplexus fuerit. *2. d. Authen. §. S contig.*

 His

1. *Vt quidē in publica diſpu tat. Witteb. D. Hieronymus Schiurff. obtinuit.*

His & ſimilibus cauſis 1. æquè grauibus vel grauiorib⁹ filius patrem exhæredare poteſt. KIL. Audiui poſteriore loco de iuſtis exhæredationum modis, qui parentibus aduerſum liberos, rurſum liberis aduerſum parentes competunt: conſequens nunc eſt, vt quia non omnibus permiſſum eſt facere teſtamentum, de his perſonis, quæ teſtamenti factionem non habent, videas. Si enim cognouero quæ iſtę perſonæ ſint, ſimul intelligam quæ teſtari poſsint: cum contrariorum (teſte Ariſtotele) 2. eadem diſciplina ſit.

2. *Et Impe. in Inſtit. De his qui ſui vel alieni, &c. §. Videamus l. j. ff. eod. Inſtit. de tutel. §. Videamus ergo.*

*Filiusfamil.*

IO. Qui in poteſtate parentis 3. eſt, teſtamentum facere nequit, niſi in Caſtrenſi vel 4. quaſi Caſtrenſi peculio, hócque adeo

3. *l. 3. C. de Teſtam. l. qui in poteſtate ff. Qui teſt. facere poßint.*

4. *§. j. vſq. ad §. præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſt. l. vltima C. d. tit. §. Illis autem temporibus, §. finali. Inſtit. de Militari Teſt. l. Qui in teſtam. l. Filiusfamil. & l. Si filiusfamil. ff. Qui teſt. facere poßint. l. Si quis filio. ff. de iniuſto, rup. & irr. fa. teſt. l. filijfam. quæ eſt l. 34. ff. de petit. hæredit. Pulcher text. in l. Tab. §. Exigit ff. de bon. poß. ſec. tab. l. Nemo, & l. Omnes. C. Qui teſt. fa. poß. l. Cū antiq. C. de in off. teſt. in p.*

adeò verum eſt, vt licet parentes ei permittant, nihilo magis tamē iure teſtari poſsit. KIL. Fortè huius rei ratio eſt, quod hæredis inſtitutio ex alterius arbitrio dependere 1. non debet, vel quod iure 2. definitum eſt, qui teſtari poſsint, hoc autem ius priuatorum pactis immutari nequit. IO. Ex tripode quę loqueris nata ſunt, & huic affine eſt quod Caius elęgāter dicit: 3. QVOS prohibet Prætor apud ſe poſtulare omnimodo prohibet, etiamſi aduerſarius eos patiatur poſtulare. Mortis 4. tamen cauſa patre permittente donare 5. filiusfamilias poteſt: cum in contractibus ad quos 6. mortis cauſa donatio ꝓpius accedit, prior ratio non tantoperè obſeruetur, idque propterea quod conferri contractus in alienæ voluntatis iudicium 7. poſſunt. Vel quod pater

*1. l. Illa inſtit. d. l. captator. ff. de hæred. inſtit.*

*2. Vt toto tit. ff. & C. qui teſtam. fa. poſſ.*

*3 l. Quos & l. j ff. de poſtu.*

*4 Idq́ contra Fulgoſii ſententi. in l. Qui in poteſt. ff. de Teſt.*

*5. Martia. in l. Tam is §. ſequent. ff. de Mort. ca. do. l. inter viuos ff. de donat.*

*6. Gl. in l. 2 ff de dote prælegata, DD. in l. 3. C. Qui teſta. fac. poßint.*

*7. l. Si quis, quæ eſt l. 43. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de cōtr. empt.*

donationi 1. ſtare tenetur, qui tunc ipſe donare intelligitur.

Impubes 2. teſtamenti faciendi ius nullum habet, cum nullum eius animi 3. iudicium ſit, nec ad rem pertinet, ſi poſtea pubes factus, mortuus ſit. De Furioſis ſimile dicendum erit, propter mentis defectum, & quia in illis nulla voluntas 4. eſt, neque ad rem pertinebit, 5. ſi poſtea ſanę mentis deceſſerint. Verùm ſi illo tempore teſtamentum Furioſus fecerit, quo furor eius intermiſſus erat, iure teſtatum eſſe Imperator Iuſtinianus 6. ſanciuit. Quare teſtamentum quod ante furorem factum eſt, ſtabile erit ac firmum 7. permanebit, neque vllus furor poſtea interueniens, teſtamentum rectè factum, nullaque alia negotia rectè geſta infirmare poteſt,

*Impubes*

*Furioſus.*

*1. Vt Loriotus pulcbrè ſentit in Apicib. Iuris ti. de Tute. Axiom. 69. & 70.*

*2. §. Præterea Inſtit. quib. nō eſt permiſſū fac. teſt.*

*3. l. Cum Prætor §. Nam. ff de iudicijs. & §. præterea, l. impubes ff. de Iuris & fac. ignoran.*

*4. l. Furioſi ff de Reg. iur. l. 2. & l. in aduerſa. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

*5. §. Præterea*

*6. l. Furioſum C. Qui teſt. facere poſſ. l. cū Furioſus ff. de Iudicijs.*

*7. Vlpi. in l. Qui teſtam. §. Ne Furioſus, ff. Qui teſtam fa. poſſ. quæ eſt l. 20.*

poteſt,1. niſi quis ob patratum facinus teſtandi ius amittat, nam tum viciatur etiam teſtamentum prius 2. factum, bonaque vbi damnatus fuerit: ſi lucroſa ſint 3. publicabuntur, ſi verò lucroſa non videantur, creditoribus Caio 4. teſte conferentur, quod tamen, quantum ad bonorum publicationem attinet, Imperator 5. emendauit. KIL. De ſurdis & mutis quid habes dicere? IO. Si quis 6. natura Surdus & Mutus ſimul eſt, teſtamentum facere nõ poteſt, niſi à principe 7. hoc impetrauerit. Sed ſi calamitas poſtea ſuperueniens 8. vocem abſtulerit & aures occluſerit & obturauerit, ſi peritus literarum fuerit, ſua manu teſtamentum conſcribat, ſi verò tantum ſurdus fuerit

*Surdus & Mutus.*

*1. §. Præterea in fine Inſtit. Quib. non eſt permiſ. fac. teſtam.*

*2. l. Eius qui § j ff. de teſta. Bart. in l. 2 ff d. tit.*

*3. l. j. §. An bona ff. de Iure Fiſci, l. Non poſſunt. ff. d. tit.*

*4. d. l. Eius qui §. j. verſ. bon.*

*5. Autht. Vt nulli iudicum §. Quoniã & §. pen. Coll 9.*

*6. §. Itẽ inſtit. Quib. nõ eſt permiſſum facere teſt.*

*7. l. Si mutus ff. Qui teſt. fac. poßint.*

*8. l. diſcretis. §. Vbi autem C. Qui teſtam. fac. poß. l. Qui in poteſtate. §. Surdus ff. d. tit. l. Si quis cum ff. d. titulo.*

fuerit, pro ſuo arbitrio teſtabitur. Cui enim ſermo à natura conceditur, non prohibetur omnia, quę velit facere. Sed ſi tantum ſit mutus 1. peritus autem literarum ſuum, teſtamentum conſcribere debet. His omnibus adde, ſi quis poſt teſtamentū factum 2. aduerſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet eius teſtamentum. KIL. Nunc ad prodigum & reliquas perſonas ſermo tuus progrediatur, quo citius ad optatum finem pertingat. IO. Vt breuis ſim, is cui bonorum ſuorum adminiſtratio, (vt in prodigo videre eſt) 3. interdicitur, teſtamenti faciendi poteſtatem nullam habet, ſi quod tamen interdictione vetuſtius habeat teſtamentum, Vlpiano teſte 4. valebit. Prætereà ſi cui aqua & igni interdictum ſit, nec illud teſta-

1. d.l. Diſcret.

2. §. Item ſurdus, verſ. ſed ſi quis Inſtit. Quibus nō eſt perm. fa. teſt.

*Prodigus.*

3. l. j. & l. Iulianus ff. de Curat. furioſorum l. is cui bon ff. de verbor. oblig.

4. d. l. Is cui in prin. & l. j. §. Si quis ff. de bon. poſſ.

*Aqua & igni interdictus.*

men-

mentum quod ante fecit, nec quod poſtea factum eſt, 1. ratum habebitur. Item ſi in inſulam deportatus ſit in eadem cauſa eſt. 2. Sed relegatus in inſulam & cui prouincia ſua interdicitur, teſtamẽti faciendi ius retinet. Qui verò ad ferrum, aut ad beſtias aut in metallum damnatus eſt, ius faciendi teſtamenti amittit Præterea obſides 3. qui ad fidem ſeruandã dantur, teſtari nequeunt, niſi à principe eis permittatur. His adde ꝙ de ſtatu dubitantes & errantes teſtari 4. nequeũt. Cœcus q vtriuſq; oculi lumine priuatus eſt, nõ aliter habet teſtãdi facultatem, quàm ſi diui 5. Iuſtini peculiariter editã ſuper ea facti ſpecie conſtitutionem obſeruarit. Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentẽ 6. ſcripſerit, cõpoſuerit, ediderit, dolóue ma-

lo ſe-

*In Inſulam deporta.*

*In Metal. dãnatus.*

*Obſides.*

*De Sta. dubit.*

*Cœcus.*

*Dãnatus ob carmen fam.*

*1. l. Eius qui apud hoſt. ff. Qui teſta. fa. l. Si quis filio. §. Eius qui ff. de iniuſt. rup. & irrito fa.*

*2. d. l. Eius qui*

*3. l. Obſides ff. Qui teſt. fac. non poſſ.*

*4. l. De ſtatu. & l. Qui in teſt. ff. d. tit. Vide latius l. j. ff. de leg. 3.*

*5. §. Cœcus Inſtit. de exhæ. liberorum.*

*6. l. Is cui. §. Si quis. ff. Qui teſt. fa. poſſ. l. Lex Cornelia. §. Si quis. ff. de iniu. & fam. lib. l. cum l. ff. Qui teſt. fa. p.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0049-6

lo fecerit, quo quid eorum fieret: etiam ſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, vti de ea re agere liceret, etſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis 1. ex lege eſſe iubetur. Seruus 2. quoq; ſi tabulas teſtamenti fecerit, ſignauerit, ſecundum eas bonorum poſſeſsio dari non poteſt, licet liber factus poſtea deceſſerit, cum nullæ ſint tabulæ teſtamenti quas is fecit, qui teſtamenti faciendi facultatem non habuit, & quæ 3. ab initio non valuerunt tabulæ quî tractu temporis conualeſcere potuerunt. Quare 4. rectè Prætor, vt is cuius bonorum poſſeſsio datur, vtroque tempore, ſcilicet cum vltima voluntas diſponitur, & cum moritur, teſtamenti faciendi Ius habeat, exigit, licet 5. medio tempore eo deſtituatur. Hæc ſunt mi Kiluualdie, quæ pro ingenij noſtri

*Seruus.*

1. l. Ob carmē princ. quæ eſt l. 21. ff. de Teſti.

2. d. l. Si filius famil ff. qui teſt. fa. l. j. §. Exigit ff. de bon. poß. ſec. tab.

3. l. Quæ ab init. ff. de reg. iur.

4. d. l. j. §. Exigit ver. Sed ſi quis vtroq; ff. de bon. poß. ſecu. tab.

5. d. §. Exigit verſ. Sed ſi quis vtroq;.

ſtri tenuitate tecum conferre decreueramus: nunc ſuccinctè ne ex Lætheo amne bibiſſe videaris, ea quę dicta ſunt, ruminare. KIL. Cùm tãtum temporis ſupereſſe videam, quantum ad repetitionem horum omnium ſufficiat, lubens id laboris ſubibo. Cùm igitur de teſtamentis faciendis te verba facturũ eſſes pollicitus, à Definitione telam exorſus es, ſubiungens Diuiſionẽ ipſorum in ea quæ ſcriptis concipiuntur, & quę ſine ſcriptis coram teſtibus diuulgantur.

'Ανακεφαλαίωσις.

*fol. 5. lin. 7.*

*fol. 6. lin. 7.*

Deinde Solennitates quæ circa teſtamenta in ſcriptis fiunt ſubnexuiſti, & quas Vlpianus Tabulas ſignatas vocet: item an alienis Inſignibus vti liceat, & Qui teſtamentum ſubſignarunt, & non ſubſcripſerũt, an in numerum teſtium recipiantur, & an teſtator ſua manu ſubſcribere teneatur, trib⁹ (vt aiũt)

*fol. 7. lin. 7.*

*fo. 8. lin. 6.*

*fol. 9. lin. 10.*

*fol. 10. lin. 4.*

verbis

verbis ediſſeruiſti. Priori membro diuiſionis ita pertractato ad alterũ progreſſum feciſti, nimirum teſtamentum ſine ſcriptis, quod & nuncupatum appellitant: primum quidem docens à quo Iure dependeat, item ex hoc teſtamento quæ Actio detur: deinde quæ in hoc Solennitates ſeruentur, adiuncta explicatione verbi Nuncupandi. His omnibus breuiter dictis, an Teſtium Numerus augeri vel minui poſſit, & quibus in caſibus illud eueniat ordine aperuiſti, & deinceps an Militibus teſtium numerus vnà cum ſolennitatibus quibuſdam remittatur, partim verbis apertis declaraſti, partim ne in immenſum præſens hæc Methodus excreſceret, Leges vnde plenior huius rei cognitio peti poſſet, commonſtraſti. Poſt ea ad Hæredis inſtititutionem, tanquam partem principaliorem, (ſine qua teſtamentum cor

*fol. 11. lin. 14.* *fol. 11. lin. 21.* *fol. 12. lin. 1.* *fol. 12. lin. 19.* *fol. 14. lin. 9.* *fol. 14. lin. 10.* *fol. 17. lin. 14.* *fol. 17. nũ. 6.* *fol. 19. li. 20.* *f. 20. per tot.*

ruit) ſermonem conuertiſti. Deinde quemadmodū Hæredis inſtitutio fieri poſsit in teſtamentis, fuſius euidentiſsimis exemplis ob oculos poſuiſti Conditiones impoſsibiles an vicient teſtamentum, & Quot modis impoſsibilis conditio in iure noſtro accipiatur, & Quare in teſtamentis pro non ſcripto habeantur, Contractus verò ſubuertant, & non Nominis ſed Corporis errorem teſtamento obeſſe, ratione adiecta non obſcurum reliquiſti. Quo facto de Liberis, qui hæredes inſtitui debeant, & quomodo Exhæredatio nominatim fiat, dictum eſt. Quia autem exhæredatio ſubſiſtere nequit, niſi eius legitimæ cauſæ ſint, Quatuordecim cauſas, quare pater filium, & Octo ob quas filius patrem exhæredare poſsit recenſuiſti, & ad extremum quibus permiſſum ſit Teſtamentum condere

*fol. 21. 22. & 23.* *fol. 24. li. 12.* *fol. 24. li. 20.* *fol. 25. lin. 9.* *fol. 26. li. 19.* *fol. 27. lin. 20* *fo. 30. per tot.* *fo. 29. lin. 10.*

dere ſumma verborum parſimonia explanaſti. IOAN. Tam fidelem & tenacem memoriam mihi optarim. Iam nihil ſupereſſe videtur quàm vt domum redeam, aliâs de alijs rebus etiam non infrugiferis, vbi otium vtrique noſtrum ſuppeditauerit, tecũ collaturus.

Faxit Deus omnipotens
vt interim pancraticè valeas amicorum ſyncerisſime.

KIL. Idem tibi amice viciſſim precor.

FINIS.

*ERRATA.*

*Pagina* 8. *verſ.* 13. *ſi, lege hi.*

*Pag.* 21. *verſ.* 8. *ſit abundat.*

*Pag.* 43 *ver. permiſſum non ſit, legendum.*

mit diesem
Impressum f. dt.
u. eine lat.-dt.
Ausgabe →

153860

ULB Halle 3
004 193 245

Sh.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0057-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0058-2

METHODICA

# TESTAMENTI ORDINANDI RATIO, PARTIM EX IVRE CIVILI CONGESTA, PARTIM DOCTORVM SENTENTIJS illuſtrata, Dialogi formam habens.

AVTHORE IOANNE SLOSCHEnio *Monaſterienſi*.




*COLONIÆ*,
Apud Ioannem Bathenium.
*Anno* 1564.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-176238-p0059-1